



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Illvstre Martyrivm S. Ac gloriosi Martyris Quintini: quod subijt Augustæ
Veromandorum, Anno Christi 303. Marcellini Papæ 7. Diocletian. &
Maximian. 20. Ex eo quod est apud V. P. Laurentium Surium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

cruce[m] sublatum ferreis lacerari vnguib[us] p[re]cepit. Cumq[ue] ea tormenta nullam omnino vim ad infringendam eius constantiam haberent, acuti fuere adhibiti lapides, vt eius non modò carnes, sed ipsa etiam ossa laniarent. Sed accidit vt ea tormenta martyri maiorem apud Deum fidutiam conciliarent, & apud homines multò illustriorem redderent. Nam cum hinc indè preciosus illius sanguis difflieret, & frustra carniu[m] per aëra volitarent, puella altero orbata lumine, sanguinis fortè guttam in oculum excepit; quam abstergere volens, repente se lumen recepisse gauisa est. Itaque cum ex eo miraculo clamor populi oriretur, & martyri inuicta virtus miris p[re]conijs extolleretur, Iudex furoris impatiens, capitis eum sententia damnauit.

*Præclarum
miraculum.*

*Capite ple-
ctur Epi-
machus.*

*Vide C. Ba-
ron. Annal.
Tom. 2. &
Notat. in
Martyr.
Rom.*

31. Octob.

*Quintini pa-
tria & no-
bilis prosa-
pia.
Venit cum
Luciano in
Gallias.*

ILLVSTRE MARTYRIVM S. A. C.
*gloriosi Martyris Quintini: quod subiit Augu-
sta Veromandorum, Anno Christi 303. Mar-
cellini Papæ 7. Diocletian. & Maximian. 20.
Ex eo quod est apud V. P. Laurentium Sa-
rium.*

SANCTVS Quintinus Romæ senatori-
stirpe progenitus, pro Christi amore, quo
acriter incensus erat, primò patriam, gen-
tem, parentesq[ue] reliquit; & vnà cum Lucia-
no, Ambianos in Gallijs, spe potiundi marty-
rij, sese contulit. Itaque Luciano Bellouacen-
sium urbem adeunte, ipse Ambianis agonis
sui tempus expectabat: nequaquam otio inte-
rim inerti deditus, sed Christi nomen cunctis
annun-

annunciants; virtutumque eius insignia, nō solum documentis verborum, sed miraculorum etiam testimonijs propalans. Commendabant pariter ieiunijs & orationibus assiduis, agonū suorum certamina Domino, & cunctis nisibus hanc laborum suorum mercedem postulabāt. Cernebant enim quotidie præclaras fulgētesque martyrum coronas, quas Diocletianus & Maximianus Christi cultoribus furore estuantes contexebant: timebantque nē forte ipsi, cæteris glorioso triumpho ad cælos tendētibus, ea gloria fraudarentur. Sed Christus Dominus militibus suis, eam pugnam cōtra satanam eiusque satellites auidē expetentibus, egregium profectō certamen obtulit, & victoria insignes mirificē exaltauit.

Claret miraculū.

Ea tempestate Rictiouarus Galliarum præfectus, insana crudelitate aduersus Christianos exardescibat; eorumque sanguine rabiem suam vix vnquam satiari posse credebat. Compræhendebat quotidie alios atque alios Christi milites; inter quos tandem (cum Ambianū deuenisset) quoque Quintinum catenis vinctū in carcerem misit. Ibat is lætabundus & exultans, quōd desiderata diu gloria potitus esset. Sequenti autem die tribunali oblarus, quo nomine appellaretur, quo sanguine cretus, & qua patria oriundus esset, quæsitus fuit. Ad quæ martyr responsum sua virtute dignum dedit dicens: Christianus ego à parentibus Quintinus vocatus sum: Ciuis Romanus, patre Zenone senatore natus. Tum præfectus: Quid est, inquit, quōd persona tam nobilis & tanti viri filius, tam impiæ superstitioni se tradiderit, ve homi-

Compræhenditur à Rictiouaro.

*Egregiè re-
spondit præ-
fecto.*

hominem à Iudæis in Crucem actum pro Deo colere non vereatur? Respondit Quintinus: Nobilitas summa est Deum cognoscere, eiusque mādatis salutaribus obsequi: qui suos cultores ad summum beatitudinis gradū euectat. Hæc aliaque cum martyr eximīa pietate differeret, Præfectus ait: Nisi accesseris, & dijs nostris sacrificaueris, per deos deasque nostras iuro, quia diuersis te cruciatibus ad ipsam usque mortem torquebo. Ad ea Quintinus: Et ego, inquit, per Dominum meū tibi promitto, quia neque iussa tua facio, neque minas extimesco. Corpori pēnas inferre potes: animę verò Christus miseretur.

*Flagellatur
acerrimè.*

His auditis, Tyrannus immani furore commotus, dirissimis eū flagellis subdidit. Cumque eo tormento acrius Christi martyr vrgeretur, sublatis ad cælum oculis Christi numen cum gratiarum actione inuocauit: & protinus vox cælitus ad aures eius delata insonuit: Cōstans esto Quintine, ego adsum tibi. Ea voce satellites humi ruentes, opem præfecti magnis vocibus inclamabant. Præfectus verò truculentiori ira permotus, à supplicijs ad caliginosissima ergastuli loca eum deduci præcepit: quo abductus solatio quidem humano est destitutus, sed solamine diuini spiritus abūdè refectus. Nam sequēti nocte angelica præsentia recreatus atque è vinculis ereptus per medias carceris custodias transfuit illæsus, rectaque ad vrbs forū contendens, aduocata cōcione de Christianæ religionis fideique mysterijs luculenter disse-ruit, & ingentem populi multitudinem è tenebris in admirabile Christi lumen traduxit.

*Multos con-
uertit ad
Christum.*

Inter-

Interea custodes carceris è somno excitati, cum clauso carcere Quintinum deesse cognoscerent, animis turbati, ad inquirendum eum foras proruperunt. Quem ubi in medio populi consistentem, & verba salutis facientem cõspicati sunt, magna admiratione percussi, insanam idolorum culturam protinus abiecerunt, Christumque amplexati sunt. His auditis Richiouarus immani furore turbatus, varia cum animo suo agitare consilia; incertus, blanditijsnè an minis atque supplicijs martyrem aggredi expediret. Tandem ad callida versutæ fraudis conuersus commenta, blâdis cum compellans sermonibus ait: Quintine, fateor, pudet metui, quòd relictis tantis diuitiarum opibus, & clarissima generis nobilitate contempta, hic vilissimi instar mendici nobis assistis. Audi ergò me, & sanis consilijs festinè te accomoda. Vnum est, quod te in amissas opes, & maiorem insuper gloriæ splendorem, restituere potest. Tantùm dijs sacrificia: & ego tibi tanquàm deorum & Cæsarum amico amplissimas conferam dignitates. Purpura bissoq; vestitus, & aurea circumdatus torque, inter honoratos Imperatorum milites primas tenebis. Tunc Quintinus commenta fraudis in sæuissimo præfecto intelligens, ô lupe rapax, inquit & canis versutia plene, quam insipienter tibi inquam de me promittis victoriam, munerum promissione & infelici opum congerie. An ignoras quia pauper non est, qui in Deo diues est? Nam mihi sufficit Christus, qui mihi viuere est, & mori lucrum. Illius ego diuitias concupisco; illius opes amplector; pro eo non

Carceris custodes credunt in Christum.

Richiouarus martyri blanditur.

At ille fraudes eius contudit.

Philip. 8.

non solum acriter affligi, sed & mori paratus sum.

Tunc Rictiouarus insuperabilem martyris constantiam animaduertens, trochleis eum corqueri precepit, tanta crudelitate, ut membra suis soluta iuncturis, ingentem spectantibus horrorem incuterent. Martyre vero in eadem animi fortitudine permanente, prefectus tyrannico furore agitato, resticulis ferreis eum cædi, oleo candenti, pice, & adipe feruentissimo perfundi, faces denique ardentibus applicari iussit, ut vel flammis crematus assensum aliquando præberet. Sed Christi martyr cunctis supplicijs & blandimentis superior, corporeos exterius cruciatus contemnens: An tu, inquit ad Iudicem ignoras fraudis diabolicæ fili, hæc omnia non tam supplicio mihi, quam refrigerio esse? Patior hæc pro nomine Domini mei Iesu Christi, ideoque rorem consolationis diuinæ de cælis percipio. Hanc dicendi libertatem in martyre Rictiouarus non ferens, Afferte, inquit, calcem, acetum, & sinapi, eiusque ori infundite, ut vel sic tacendo, a nostris deorumque nostrorum iniuria respiscat. Constitit immobilis martyr, pœnasque imminentes securè expectans: Domine Deus, inquit, quamuis hæc amarissima & exitialia sint, ori tamen meo pro mellis dulcedine, & faui reputo suauitate. Hæc dicens, truci prefecti iussione, grauissimis fuit ilicò catenarum circumdatus nexibus, & à militibus in locum quendam, Augustam Veromandorum crudeliter ductus.

Cernens autem Rictiouarus constantiam eius magis semper magisque roborari, statuit

*Horrendi
sanè crucia-
tus.*

*Inuicta ani-
mi martyris
virtus.*

extre-
di. le
crur
mod
& ca
conf
ret. a
Chr
prec
men
Sacr
fluen
quag
man
uatu
& in
ac in
xta
tum
bene
te di
Trec
post,
tites
ti Ma
fime
bres
culæ
arg
fa

extre-

extrema eum suppliciorum atrocitate aggredi. Itaque duobus sudibus ferreis à ceruice ad crura usque transfigi eum mandauit: & simili modo clauis decem digitos oēs, inter unguis, & carnem, terebrari; ut vel sic toto corpore confosso, membrisque terebratis, aut deficeret, aut cederet superatus. Post quæ, inuictus Christi martyr, capitis à præfecto damnatus, precibus tota mente intentus, martyrij certamen foeliciter peregit: pridie Kalen. Nouemb. Sacrum verò corpus eius, iussu tyranni Sombæ fluentis immersum est. Vnde post annos quinquaginta quinq; à matrona quadam nobili Romana, Eusebia nomine, cælitus admonita eleuatum: integerrimum, incorruptum, fulgidum & inæstimabili odore fragrans est inuentum: ac in loco passionis reuerenter admodum iuxta loci ac temporis opportunitatem humatum. Beata verò Eusebia mox pro sepulturæ beneficio amicam lumen olim amissum virtute diuina fugatis tenebris lætabunda recepit. Trecentis porò & sexaginta plus minus annis post, beatus Eligius Nouiomensis Ecclesiæ Antistes post sedulam indagacionem sacras beatissimi Martyris reliquias ibidem repertas, suauissimè redolentes, eximijque miraculis celebres summa cum diligentia retro altare ædiculæ transposuit. Tumbam denique ex auro, argentoque & gemmis mirò opere desuper fabricauit: Ecclesiam quoque, quod exigua conuenientibus populis videtur, eximio opificio ampliatam decorauit.

Alia mandata tormenta adhibentur.

Postremo capite caditur.

Somma flauis.

Prima eleuatis corporis eius.

Secundæ ambæ miraculi celebres.

En piam deuotionem in sacras reliquias, S. Eligij cuius uisita extat i. Decemb.

Bb

VITA

VITA S. VVOLFANGI RATISPO-
 nensis Episcopi: Ex eo quod est apud V. P. Lau-
 rent. Sur. Migravit ex humanis anno Domini
 999. Sed: t annis 22.

Vide Tom.
 10. Annal.
 & Notat.
 C. Baron. ad
 Martyr.
 Rom.

31. Octob.
 Patria &
 parēs eius.

Felicitas in-
 genij eius &
 acumen.

Venit Her-
 bipolarim.

Instituit in-
 uentutem
 gratis.

BEATVS VVolfangus è Sueuia oriun-
 dus parentes habuit, nec opibus nimium
 affluentes, nec inopia pressos, sed hone-
 state conspicuos, & mediocri sorte prudenter
 cõtentos. Hic vt primùm per ætatem discipli-
 nis idoneus, triuialibus scholis adhibitus fuit,
 ijs, quanquàm puer, excelfo animo repudiatis,
 ad Angiense monasteriũ se contulit: vbi liben-
 ter & comiter, propter ingenij magnitudi-
 nem, exceptus, breui tẽpore tantos in doctri-
 na fecit progressus, vt ipsis etiam præceptoribus,
 qui acumen illius iam præsentirent, admira-
 rationi esset.

Indè verò non multo pòst tempore Herbi-
 polim commigrans, Henrico cõtubernali ma-
 ximè ad id iter hortatore, Stephano Italo cui-
 dam in disciplinam se tradidit: vbi diuinarum
 rerum cognitionem admirabilem, non ab ho-
 mine, sed à patre luminum & veritatis acce-
 pit. Porrò cum Henricus eodem tempore ad
 Treuirensẽ Episcopatum ab Othone Magno
 Imperatore, ea dignitate minimè indignus e-
 ueheretur, & VVolfangus ad magnos pariter
 honores à præfule Henrico, qui eum secum as-
 sumperat, vrgeretur, ipse cælestis disciplinz
 amantissimus, reiectis honoribus, ad iuueniles
 animos optimis morib. & doctrinis informan-
 dos totum se contulit; & adolescentes quosq;
 gratis imbuendos suscepit.

Cum